

► EXERCISE 7

Translate into Latin.

1. I ask you not to be forgetful of the sweet things!
2. I do not know what plan has been made.
3. I know that this is the plan.
4. You (pl.) asked what plans had been made.
5. You (pl.) knew that these plans had been made.
6. They asked me to have all things in mind.

TALKING ABOUT A READING

ABOUT THE JOYS OF LIFE AND UNADAPTED LATIN: ATTICUS HONORED IN ATHENS

DĒ VĪTAE GAUDIĪS

Marīa: Ego quoque bonam vītam habēre cupiō, ut dicit poēta, cūius verba lēgimus. Utinam magnam pecūniam possideam, ut omnia emere (*buy*) possim quae amō. Nam in vīcō tabernārum (*mall*) ambulāre et novās rēs mihi emere amō.

Christīna: At novae rēs nōn diū faciunt fēlicēs. Mihi placet corpus exercēre (*to exercise*). Placet mihi natāre (*to swim*) in natātōriō (*swimming pool*).

Marīa: Mihi quoque placet corpus exercēre: birotā vehī (*ride a bicycle*), palaestram (*fitness center*) petere. At vespere (*in the evening*) mē dēlectat saltātōrium (*dance club*) petere, ubi hominēs modōs mūsicōs (*music*) audiunt et saltant (*dance*). Cupisne, Mārce, mox mēcum in saltātōrium venīre?

Mārcus (*looks at Helen*): Nōn sciō habeamne tempus vacuum. Quid tibi, Helena, placet?

Helena: Dulcia mihi placent. Theobrōma (*chocolate*) comedere amō.

Mārcus: Nōn solum theobrōma est dulce, sed aliae quoque rēs. Amor est dulcis . . .

© Bolchazy-Carducci Publishers

www.BOLCHAZY.com

©2016 Bolchazy-Carducci Publishers, Inc. This sample was prepared for Texas Proclamation 2017 adoption preparation. This document will expire May 2018.

Dulcia mihi placent. Theobrōma comedere amō.

Marīa: Poēta dicit dulce esse vīnum bibere.

Christīna: At adulēscētibz nōn licet vīnum bibere nec aliās potiōnēs inebriantēs (*alcoholic beverages*). Mihi placet pelliculās (*films*) in televīsiōnē (*television*) spectāre (*to watch*), in computātoriō (*computer*) lūdere vel bonōs librōs legere. Nunc autem scīre cupiō quid dē Atticō ā nōbīs legātur.

Helena: Atticus erat in Graeciā, Athēnīs (*Athēnae, ārum, f. pl.*), et Athēniēnsibz auxiliū dabat.

Christīna: Ōrō ut pergāmus (*pergō, ere – continue*).

ATTICUS HONORED IN ATHENS

CORNĒLIĪ NEPŌTIS ATTICUS, 3

Atticus's kind and civil behavior toward all classes of Athenians won him great popularity. The Athenians gave him many honors and wanted to make him an Athenian citizen. Atticus refused this last mark of respect, fearing that Roman citizenship might be taken from him if he accepted citizenship of another state.

1 1. Hic autem sic se gerēbat, ut commūnis infimīs, pār principibus
vidēretur. Quō factum est, ut huic omnēs honōrēs, quōs possent,
pūblicē habērent cīvemque facere studērent; quō beneficiō ille ūtī
nōluit, quod nōnnullī ita interpretantur, āmittī cīvitātem Rōmānam,
5 aliā ascītā. 2. Quamdiū adfuit, nē quae sibi statua pōnerētur, restitit;
absēns prohibēre nōn potuit . . . 3. Igitur primum illud mūnus fortūnae,
quod in eā potissimum urbe nātus est, in quā domicilium orbis terrārum
esset imperiī, ut eandem et patriam habēret et domum; hoc specimē
prūdentiae, quod, cum in eam se cīvitātem cōtulisset, quae antīquitāte,
10 hūmānitāte doctrīnaque praestāret omnēs, ūnus eī fuerit cārissimus.

© Bolchazy-Carducci Publishers, Inc.

www.BOLCHAZY.com

©2016 Bolchazy-Carducci Publishers, Inc. this sample was created
for Texas Proclamation 2017 adoption preview not for distribution.
This document will expire May 31, 2017.